ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 32v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



64

tu tes non occultatione uitiorum s; expugnatione pariunt. VIII

GERMANVS. Est ne aliqua inter cenobiū monasteriūq; distantia. an utroq; nomine res una censetur. VIIII.

PIAMON. Licet a non nullis soleant indifferent monasteria pcenobiis appellari. tamen hoc int ē qd monasterium nomen ē diuersorii. nihil amplius quā locum idē habitaculum significans monachorū. Cenobium uero: etiā pfessionis ipsius qualitatē disciplināq; designat. Et monasterium potēt etiā unius monachi habitatio nominari. cenobium appellari non potē. nisi ubi plurimorū cohabitantiū degit unita cōmunio. Dicunt sane monasteria etiā. in quibus sarabaitarū collegia commorant. X.

QVAMOBREM. Quō deoptimo atq; in genere monachorū uideo uos pfessionis nolit. Ill hui ar ripuisse principia. idē de laudabili ... ceno bior palestra ad excelsa fastigia. anachoretice ten dere discipline. humilitatis pacientieq; uirtutē quā uos illic didicisse non dubito. uero sectamini cordis affectu. non eam sicut quidam falsa humiliatione uerbor nec affectata atq; superflua in quibusda officiis corporis inclinatione fingentes. qd humilitatis figmentū abbas serapion quoda tempore eleganter irrisit. Cum enī quidam ad eum summā sui abiectionem habitu ac uerbis pferens aduenisset. eūq; senex secundū morē ut orationē colligeret hortaret. ille nequaquā annuens deprecanti. tantis se subiciens asserebat flagitiis inuolutum. ut ne usum quidem hui communis aeris capere mereret. psiathis quoq; ipsius refugiens sessionē. humi potius insidebat. Cum uero etiā ad ablutionē pedū multominus pbuisset assensum. tum abbas serapion refectione trans